



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium**

**Bisling, Anselm**

**[Einsiedeln], 1682**

Meditatio XXIV. De alijs motivis Obedientiæ, maximè ab exemplo Christi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

atq; iudicio, exhibeatis de cætero Obedientiam, quibus obligati estis, prudentiæ luce perfusam, intentioni rectæ innixam, discretionis moderamine perspicuam, charitatis flammâ succensam, humilitatis decore ornâtam, constantiæ virtute roboratam, perseverantiæ bono circumseptam. Sit Obedientia, ac vitæ vestræ ratio prompta sine dilatione, devota sine dedignatione, voluntaria sine contradictione, simplex sine discussione, perseverans sine cessatione, ordinata sine singularitate, hilaris sine turbatione, strenua sine pusillanimitate, & universalis sine ulla exceptione, ut sic fiat toti quanti Deo, Ecclesiæ, & Religioni acceptabile sacrificium, præcipuum munus, immaculata hostia, victima salutaris, & fragrantissimum thymiamâ Domino in odorem suavitatis.

Horatio ad obed.  
B. Laur. Justin. l. de Obed. c. 9.

Qualitates perfectæ obed.

MEDITATIO XXIV.

De alijs motibus Obedientia, maxime ab exemplo Christi.

Tertius humilitatis gradus est, ut quis pro Dei amore omni Obedientiâ se subdat majori, imitans Dominum, de quo dicit apostolus: Factus est obediens usque ad mortem.

Text. Regul. c. 72 gr. 34

Præ-

Gen. 22. 6.

Prælud. Imaginare tibi Isaac obedientem, mansuetum, faciturnum ligata humeris portare, super quibus debebat immolari, & patienter sine contradictione caput gladio Patris offerri.

Obedientia exemplar Christi.

S. Ansel. l. med. c. 4.

Suarez tom. 2. in 3. p. D. Th. q. 28. sect. 8.

Punct. I. *Consid.* Principalissimum perfectæ Obedientiaæ motivum esse Dominum IESV exemplum: nam 1. ex Obedientia Patris de cælo descendit: non quòd ad hoc eum Pater coegerit, sed quòd Patri æterno placiturum sibi sponte per liberam Obedientiam suscepit. 2. Obedientia Matris illum concepit. 3. Ipse in primo conceptionis instanti, votum Obedientiaæ fecit monendi in Cruce, omnesque actiones suas ad redimendos homines offerens Patri cælesti. 4. Circumcisus, & in templo præsentatus fuit ex obedientia Legis, ad quã non tenebatur. 5. Inventus in templo, officium, munus, & locum sanctum reliquit, ut esset subditus parentibus, suis licet creaturis.

Qualem ergo excusationem habebis, ô anima! si non raro privatus, & in commodis, vel negotijs vacas, & non subito sive ad communia curris seu animarum, & officij tui pastoralis curam tractas? ô quantum est inter te, & IESV Filij Dei obedientiaæ discrimen! (Examina.)

Punct.

*Punct. II. Confid.* Obedientiam Christi fuisse 1. indifferentem ad omnes officiorum functiones, nam puerulus mensam instruxit, leetulos stravit, aquam apportavit, scutellas eluit &c. adolescens fabri lignarij in domo, & foris in Synagoga discipulus erat. Factus vir, medicum, doctorem, concionatorem, exorcistam, ministrum, pastorem, & hortulanum se exhibuit, ut suo exemplo discerent etiam Sacerdotes, omnibus sibi commissis omnia fieri ad salutem. 2. Illius Obedientiam fuisse quoque patientem, nam subdidit sese Matri, Iosepho, Discipulis, Iudicibus, Regibus, Pontificibus, militibus, Gentilibus, Iudæis, ac Deicidis. 3. Fuisse longissimam & perseverantem à primo conceptionis momento usque dum *inclinato capite emisit spiritum.* (Scrutare, qualis sit officij tui obedientia, & perseverantia.)

Obedientia Christi qualitates.

Io. 19. 30.

s. Ansel. loc. cit. c. 5.

Ecce! anima mea, hæc obedientia Christi, est virtus salvationis tuæ, hæc est causa liberationis tuæ, est pretium redemptionis tuæ: age gratias pro exemplo, & sicut ille fecit, tu facere semper esto parata.

*Punct. III. Confid.* Duo alia perfectæ Obedientiæ adjumenta. 1. Vivacissime semper imaginari sibi, omne mandatum

Adjumenta illius servanda.

datum Superiorum esse tale, ac si  
 nitus esset imperatum; unde in Superi-  
 oribus, si plures sint, semper respici-  
 endæ sunt personæ non hominum, sed  
 sanctissimæ Trinitatis; vel Christi Do-  
 mini, si sit unus immediatus Superior,  
 quasi tecum loquerentur, atque pro-  
 ciperent, 2. Illis manifestare cogitationes,  
 & humiliter omnes cogitationes, &  
 motus obedientiæ contrarios, à volun-  
 tate, & proprio judicio exsurgentes.  
 Hoc idem Religiosis potissimum obte-  
 viens, (vel etiam Ecclesiasticis respectu  
 proprii Patris spiritualis) S. BENED.  
 docet hoc modo: *Si omnes cogitationes  
 malas cordi suo advenientes, vel mala ab-  
 sconsè commissa per humilem confessionem  
 Abbati non celaverint suo.*

Regul. c.  
 7. gr. 5.

Ah! fateor, ita esse, nec dubito  
 magnos inde profectus percipiturum  
 re, si modò ea, quæ dicis, præstare.  
 Sed quis ò bone IESU! tollet meam  
 habituatam, & refractariam omnibus  
 bonis propositis naturam? quando  
 dem seriò cogitabo, mihi quodlibet  
 sinuans: ad quid venisti? an ut eam  
 eteris injustam, pessimam, stolidamque  
 voluntatem?

O Obedientissime IESU! expro-  
 lia in me veterem hominem, ad  
 meam infirmitatem, ut imitans te  
 obed

obediencia usque ad mortem Crucis, me  
subdam libentissimè ( omni Obedien-  
tia ) omni imperio, tanquam divinitus  
a te promananti: subdam me propter  
te, & per te IESV Salvator clemen-  
tissimè &c.

CONSIDERATIO I. POME-  
RIDIANA.

De malis Obedientia coacte.

Multi sunt sub Obedientia, magis ex  
necessitate, quam ex charitate; & il-  
li penam habent, & leviter murmurant.  
Nec libertatem mentis acquirunt, nisi ex to-  
to corde propter Deum se subjiciant. Curr-  
at ibi, vel ibi, non invenies quietem, nisi in  
humili subiectione sub Prælati regimine.

Genf. l. 1.  
c. 9. n. 1.

CONSID. II.

De proprij Iudicij abnega-  
tione.

Quidem verum est, quod unusquisque  
libenter agit pro sensu suo, & inclina-  
tur ad eos magis, qui secum sentiunt. Sed  
Deus est inter nos, necesse est, ut relin-  
quamus etiam quandoque nostrum sentire  
propter bonum pacis. Potest etiam con-  
tingere, ut bonum sit uniuscuiusque sentire,  
sed nolle alijs acquiescere, signum est super-

Id. l. 1.  
p. 2.

Ib. n. 3.

Cc bia